SPECVLA MELITENSIS ENCYCLICA,

Hoc est,

SYNTAGMA NOVVM INSTRVMENTORVM Physico-Mathematicorum;

IN QVO,

Quicquid vel ad Astronomicas, aut Physicas ijs adnexas disciplinas, pertinet, nouo ordine, methodo, & summa facilitate iuxta, atq; breuitate per rotas, cyclosq; artificiosè dispositos, digestum, repræsentatumque spectatur.

In gratiam Generosissimorum Equitum Hierosolymitanorum explicata, & in 125. Propositiones digesta

Ab

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO

F. SALVATORE IMBROLL,

Sacræ Religionis Hierosolymitanæ

PRIORE GENERALI.

NEAPOLI, Typis Secundini Roncagliolo. 1638.

Superiorum permissu.

EMINENTISS.^mo AC REVERENDISS.^mo

Principi, atque Domino

F: IOANNI PAVLO LASCARIS,

MAGNO SACRAE RELIGIONIS

Hierosolymitanæ Magistro.

Salutem plurimam cum felicis anni auspicio precatur.

F. SALVATOR IMBROLL,

Eiusdem Sacræ Religionis

PRIOR GENERALIS,

& Humilis.

INTER cæteras Machinas, & Instrumenta, quæ eruditissimus P. Athanasius Kircherius è Societate Iesu, iussu Eminentiæ Vestræ, pro sui sagacitate ingenij, in vsum, exercitiumque Equitum hîc Melitæ inuenit, elaborauitque; Machina illa laboriosa,

quam SPECVLAM MELITENSEM vocat, semper mihi eminentior visa est, quantò reliquis maiorem varietatem rerum, maioremque scientiarum suppeditat cum summa facilitate coniunctam vbertatem. Huius itaque Speculæ pinnacula cùm memorati Patris ductu conscendissem, totiusque Fabricæ rationem, vsum, mysteria ipso Instructore penitius percepissem, indignum esse ratus sum, Opus adeò conspicuum, eruditumque in tenebris relinqui. Pro meo itaq; propensissimo in huiusmodi præclarissima studia, ac laudabiles Disciplinas animo, voluntateque, operæ pretium me facturum existimaui, si eam Machinam, Authore ipso vltro annuente, in partes singulas digestam, singulaque in ea contenta, minutim per Propositiones breues, & dilucidas explicata anatomico more, legentium oculis exponerem: hoc enim præstito futurum sperabam, vt Equites nostri hac Opera mea excitati ad huiusmodi studia, & potissimùm Equite homine dignissimas Disciplinas prosequendas, animos seriò, & constanter intenderent. Quam quidem Operam meam, si Eminentiæ Vestræ, vti & Equitibus nostris, haud displicuisse comperero, operam dabo, vt totius huius Fabricæ rotas cum singulis instrumentis, vti & alia de Musica, Geometria, Astronomia, Arithmetica,

Statica

Statica, ingeniosè à prædicto Patre adinuenta, typis mandata in Equitum vsum, exercitiumque, mox publici iuris faciam. Nihil itaque modò restat, nisi vt Deum Optimum Maximum orem, vt Eminentiam Vestram bono communi, Religionis nostræ, ac totius Christianæ Reipub. in plurimos annos saluam, ac incolumem conseruet. Datum in Conuentu nostro Melitensi in Ciuitate Valletta 6. Ianuarij Anno 1638.

VIVITVR
INGENIO,
CAETERA MORTIS
ERVNT.
Ouid.

SPECVLA
MELITENSIS ENCYCLICA,

Hoc est,

SYNTAGMA NOVVM INSTRVMEN-torum Physico-Mathematicorum;

IN QVO,

Quicquid vel ad Astronomicas aut Physicas ijs adnexas disciplinas, pertinet, nouo ordine, methodo. & facilitate maxima, per rotas, & circulos digestum, repræsentatumque spectatur.

SYNOPSIS
EORVM, QVAE IN HAC MACHINA, seu Syntagmate continentur.

DIcitur hæc Machina nostra SPECVLA MELITENSIS, cùm à similitudine, qua formam, & figuram Speculæ refert; tum, quòd, sicut ex specula quapiam, quæcunq; Horizontis ambitu cōtinentur, longè, latèque detecta, vsui obuiam fiunt; ita ex hac Specula, quicquid ad Astronomiam, Geographiam, Hydro-

drographiam, Physicam, & Medicinam pertinet, dicto citiùs oculis detegatur; ita quidem, vt à quouis etiam imperito memorata non tantùm intelligi possint, sed eius subsidio Ephemerides, seu Diaria ad quotuis annos construi, Planetarum motus inueniri, Medicinæ commodis, opportunisque temporibus adhiberi, singulæ res naturales per suos characterismos cognosci, similiaque innumera inuestigari possint; quemadmodùm in Praxi vberiùs paulò post declarabimus, Dicitur MELITENSIS, eò quòd Melitæ primùm adinuenta, & in gratiam eiusdem Equitum constructa sit.

DIVISIO SPECVLAE.

Constat hæc Specula nostra tribus principalibus partibus; Circulari videlicet, Cubica, & Pyramidali. Prima pars Circularis, veluti basis, & fundamentum cæterorum, Horizontem immobilem refert, ventorumque scientiam, artisque nauigatoriæ praxim facilitate maxima exhibet. Media pars seu Cubus quinque lateribus quicquid ad Mathematicas scientias, & Physico-Logicas pertinet, methodo singulari continet.

In primo Cubi latere, cui titulus est Chronoscopium Vniuersale, octo rotis, totius, tam Iuliani, quam Gregoriani Calendarij in perennes Cyclos accommodati, praxis comprehenditur.

In secundo latere, cui titulus est, Speculum Cosmographicum. Horoscopium primo loco occurrit, quo, data hora Melitæ currente, quota hora in vniuerso Mundo sit, facilè inueniri potest, vnà cum duobus Plani-

nisphæ-

nisphærijs, quorum vnum totius primi mobilis scientiam, alterum octauæ sphæræ, seu stellarum fixarum doctrinam, eiusque motuum rationem docet. Systema denique fluxus, & refluxus, siue incrementi, decrementiue marium ad lunæ motum in vniuerso mundo agitatorum, quò ad gradus, inuentione hucusque inuisa, oculis spectanda proponuntur.

Tertium latus septem rotis Astrologiam vniuersam cum Physiognomia ei appropriata continet; & interior quidem rota maior, Occasus, & Ortus Solis, quantitatem dierum, & noctium, declinationem Solis; ascensiones rectas, & obliquas, Altitudines Solis, cum proportione vmbrarum rectarum. quantitatem crepusculorum, Occasum, Ortumque, culminationesque stellarum fixarum in singulos annos, menses, dies exhibet. Exteriorum verò instrumentorum prima, Aspectus Solis, & Lunæ eiusque ætatis, vnà cum motu capitis, & caudæ draconis, ad quouis nouilunio, aut plenilunio, vtrum Eccli sis futura sit luminarium, dijudicandum accommodata, refert. Altera, praxin facillimam, figuras Astrologicas pro temporibus, agriculturæ, medicinæ, nauigatoriæ opportunis discernendis, erigendi docet: Vna cum 12. signis, domuumque cœlestium, earumq; natura, & Physiognomia rerum naturalium vnicuique signo, & domui correspondentium. Tertia dominium Planetarum quauis hora data, vnà cum Physiognomia rerum naturalium vnicuique Planetæ analogarum, atq; appropriatarum continet; ita vt hæc pars non immeritò Isagogæ in occulta naturæ penetralia dici possit. Aliæ minores rotulæ in quatri lateris angulis affixæ, do-

cent inuenire mutationes aëris, euentusque futuros ex Planetarum coniunctione, aspectibusque cæteris causatos: item tempus electionum in vsum Agricolarnm, Oeconomorumque cedens, horas quoque Italicas, Babylonicas, Iudaicas, in Astronomicas conuertendi modum indicat.

Quartum Cubi latus vniuersam Medicinam Botanicam, Chymicam, Spagyricam, Hermeticam, Sympathicam docet. Atque interior quidem rota, continet Medicamenta simplicia, composita; item ex mineralibus, atque animalibus desumpta; Alexipharmaca, medicamenta item attractiua, lenitiua, purgatiua, constrictiua, Mollificatiua, Digestiua, Corrosiua, Conglutinatiua, Aperitiua, Calefactiua, Infrigidatiua, Mundificatiua, Attenuatiua, Incisiua, Diaphoretica, Soporatiua, Diuretica, Narcotica, Caustica, Confortatiua, Antidota singulis humani corporis membris, eorumq; infirmitatibus ea methodo accommodata, vt vel dicto citiùs, quod, & quale vnicuique membro affecto applicandum sit, haberi posit. Altera, scientiam Medicinæ graduatæ continet, hoc est, in quo gradu caloris, frigoris, humiditatis, aut siccitatis quodlibet simplex consistat; & quomodo iuxta veras artis regulas contraria cõtrarijs curari debeant. Tertia rota cõtinet scientiã criseos, vt, quid de ægri statu, quouis tẽpore; de vi morbi, eiusque duratione iudicandum sit. Quarta denique, cui titulus [Speculum Cabalisticum] Medicamenta Sympathica, ex reconditiori medicinæ gazophylacio deprompta, singulis membris humani corporis accommodata exhibet; cætera tempus phlebotomiæ, atque

medici-

medicinis recipiendis opportunum continent.

Quintum Cubi latus superius Horizonti parallelum, omnium Planetarum motus in perpetuos Cyclos dispertitos, videlicet, quouis dato tempore, media Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ, & Capitis, & Caudæ Draconis, loca in Zodiaco, facillima methodo, inuestigare docet.

Pyramidalis porrò pars Speculæ nostrę quatuor continet partes, singulis quatuor mundi plagis correspondentes; in quarum vnaquaque natura, proprietas, qualitas, & accidentia, ventis sibi subiectis analoga, fusè describuntur; vnà cum varijs linguarum, Hebrçæ, Chaldææ, Syriæ, Arabicæ, Aethiopicæ, Coptæ, Græcæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Germanicæ dictis plagis vsitatarum inscriptionibus. Atqne hæc est Synopsis, seu summa Speculæ nostræ Melitensis. Quæ, vt meliùs percipiantur, omnia in ea contenta, per exempla declarare visum est.

VSVS SPECVLAE MELITENSIS.

CVm admodùm pauci eos in Mathematicis, aut Philosophicis disciplinis progressus fecerint, vt per se ipsos præclara inuenire possint, aut etiā libros de ijs tractātes suapte spōte intelligere; vt huic inexercitatorū ingeniorum defectui consuleret Author, hanc scientificā Speculā ei condere visum est, vt ex ea quilibet etiā imperitus sibi qualē qualē sciendi suppellectilem cōparare posset. nihil igitur restat modò, nisi vt nos ad vsum eius declarundum, describendumque conuertamus.

VSVS
PRIMI CVBICI LATERIS
SPECVLAE MELITENSIS.

TItulus huius Lateris eſt [CHRONOSCOPIVM VNIVERSALE] continetque in ſe perpetuam Aſpectuum Solis, & Lunæ, Feſtorum Mobilium, Cyclorum Lunæ, Solarium, Epactarum ætatis, luciſque Lunæ ſupra Horizontem, aliorumq; ſimilium, tam nouo, quàm veteri ſtylo accommodatorum, inuentionem.

PROPOSITIO I.

Epactam currentis Anni inuenire.

IN dextra Rota, cui titulus eſt [INVENTIO EPACTARVM PERPETVA] applices Indicem Annorum milleſimorum, vel centeſimorum, ad annum expanſum in Limbo annorum expanſorum occurrentem, numerus, qui in angulo communi occurrit, erit Epacta data anni, verbi gratia; Deſiderat quiſpiā ſcire, quæ ſit Epacta præſentis anni 1638. applices indicem annorum milleſimorum ad numerum 38. quem in limbo annorum expanſorum inuenies, & vide

de, quis numerus in hoc situ anno 1600. respondeat, & inuenies, verbi gratia, 15. Epactam dicto 1638. currentem. Nota hoc loco annos expansos à nobis dici illos, qui ab vno centenario ad alterum intercurrunt, hi enim in Limbo orbis interioris descripti, vnà cum centenario anni currente indice reperti in communi concursus angulo Epactam assignant, de quibus te primò, ne in praxi errares, monitum volebam.

PROPOSITIO II.

Literam Dominicalem quouis anno currentem inuenire.

QVære in Rota sinistra, cui titulus est [LITERARVM DOMINICALIVM PERPETVA INVENTIO] in Limbo annorum expansorum annum expansum anno 1600. currentem, v. g. 38. indicem annorum millesimorum super eum promoueas; litera enim, quæ anno 1600. in indice reperto, respondet, videlicet C, erit litera Dominicalis currentis anni 1638.

PROPOSITIO III.

Aureum numerum inuenire quouis anno dato.

IN priori Rota, Epactarum numeri, superiorem circuli, seu rotæ partem; Aurei verò, inferiorem occupant, vti ex titulis patet. Habita itaq; Epacta, & in-

dice

dice ſuper ea firmato, vide quis numerus anno milleſimo ſexcenteſimo, in oppoſita indicis inferiori parte respondeat. ille enim erit numerus aureus currentis anni dati, videlicet 5.

PROPOSITIO IV.

Cyclum Solarem quouis anno currentem inuenire.

IN ſecunda Rota Literarum Dominicalium ſuperiorem ſemicirculum literæ Dominicales, inferiorem verò numeri Cycli Solaris, prout tituli rotæ docent, occupant. Habita itaque litera Dominicali iuxta Propoſ. 2. firmatoque indice ſuper ea, vide quis numerus anno milleſimo ſexcenteſimo in oppoſita indicis parte reſpondeat. ille enim erit numerus Cycli Solaris currens dato anno 1638. videlicet 23.

PROPOSITIO V.

Epactam, & Aureum numerum iuxta ſtylum veterem inuenire.

QVære in quadrante inferiori ſiniſtro, cui titulus eſt [INVENTIO EPACTARVM STYLO VETERI] numerum expanſum dati anni 1638. videlicet 38. in circulis annorum expanſorum, & ſuper eum applica regulam annorum milleſimorum. numeri enim, qui anno 1600. in regula reſponderint, erunt

Aureus

Aureus numerus, & Epacta, videlicet 5. & 25. anno 1638. currentes.

PROPOSITIO VI.

Literam Domincalem veteri ſtylo currentem inuenire.

IN quadrante inferiori dextro, cui titulus eſt [INVENTIO LITERARVM DOMINICALIVM STYLO VETERI] Quære in limbo annorum expanſorum annum 38. & regulam annorum milleſimorum ſuper eam applices. litera enim 1600. reſpondens erit litera Dominicalis anno dato 1638, iuxta veterem ſtylum, currens, videlicet G.

PROPOSITIO VII.

Indictionem Romanam quolibet anno currentem inuenire.

SInt hi numeri Indictionales inſcripti exteriori voluuli ſuperficiei rotæ, cui titulus eſt [INVENTIO LITERARVM DOMINICALIVM] ſi itaque ſcire deſideres, quis ſit dato quolibet anno numerus Indictionalis, applicabis regulam, cuius titulus eſt [INVENTIO INDICTIONVM] ſuper annum expanſum in limbo voluuli deſcriptum. numerus enim, qui anno videlicet 1600. cum expanſo 38. reſponderit, ille erit numerus Indictionalis quæſitus, videlicet 6.

PRO-

PROPOSITIO VIII,

Omnia Festa Mobilia quouis anno dato perpetuo inuenire, iuxta stylum nouum.

SIt annus datus 1638. quære in rota, cui titulus est [Inuentio Festorum Mobilium perpetua] primò literam Dominicalem per Propos. 3, iam inuentam, videlicet C. in limbo exterioris rotæ inter septem literas Dominicales maiusculis scriptas, & super videlicet literam G. anno 1638. currentem, applices indicem voluuli: deinde quæres Epactam anno dato currentem per primam Propositionem paulò ante inuentam videlicet 15. inter numeros Epactales literæ C. correspondentes. super hanc enim si crenam indicis firmaueris, occurrent tibi illicò dies mensium, in quos dicta Festa Mobilia incidunt; hoc modo inuenies Septuagesimam anno 1638. incidere in 31. diem Ianuarij. Diem Cinerum in 17. Februarij. Pascha in 4. Aprilis, & sic de cæteris Festis in latere crenæ descriptis.

PROPOSITIO IX.

Pascha iuxta veterem Stylum inuenire quouis anno dato.

QVære in limbo vltimo voluuli, cui titulus est [Inuentio Festorum Mobilium perpetua stylo veteri] Aureum numerū, anno videlicet 1938. cur-

currentem, per Propos. 3. & 5. paulò ante inuentum, & ab hoc iuxta feriam literarum Dominicalium in secundo circulo descriptarum, quære literam Dominicalem anne 1638. stylo vetere currente, quem per Propositionem 6. inuenisti G. super hanc enim, si regulam fiduciæ festorum Mobilium statueris, occurrent subitò dies Mensium singulis festis in regula descriptis, correspondentes. ita reperies anno 1638, diem Cinerum celebrari 7. Febr; Pascha, 25. Mart; Ascensionem Domini, 3. Maij; Pentecosten, 13. Maij; & sic de cæteris. Nota hìc primò, quòd, si occurrerit Aureus numerus in litera Dominicali, ne festum Paschatis cum Iudæis celebretur, ad alteram literam Dominicalem indicem statuendum, vt festa habeantur secundo. interuallum maius nihil aliud est hoc loco, nisi spatiũ septimanarum, quæ inter primam Dominicam Aduentus, & primam Dominicam post Pentecosten continentur. quæ hìc explicare visum est, ne inter quærendum aliquod dubibium occurreret.

PROPOSITIO X.

In quam Feriam quoduis Festum incidat, inuenire.

ROtę dextrę inuentionis Epactarum, cuius mentio facta est Propos. 1. & 3, volunlum superposuimus, in cuius superficie descriptæ sunt literæ singulis Ferijs respondentes: in huius autem voluuli limbo dies Mensium scriptos reperies. Si itaq; scire desideres, v. g.

Festum Natiuitatis anno 1638, in quam Feriam incidat, quære 25. diem, quo dictum Festum celebratur, in limbo dierum Mensium; & regulam, cuius titulus est, [Inuentio Feriæ per totum annum] statuas super eum; & litera, quæ responderit Decembri in regula descripto, dabit literam Feriæ, videlicet B, quæ respondet diei Sabbato: cùm enim litera Dominicalis dicto anno sit C; B autem à C, iuxta seriem literarum Dominicalium, septimum locum teneat, necessariò festum Natiuitatis incidet quoque in Sabbatum, seu Feriam septimam. Nota tamen hoc loco ea obseruanda, quæ de Bissextili dicuntur, vbi prima litera durat vsque ad festum S. Matthiæ, reliqua currente per totum annum.

PROPOSITIO XI.

Literam Martyrologij quouis anno inuenire.

Litera Martyrologij in Martyrologio indicare solet ætatem Lunæ. Hanc itaque si scire percupis, in quadrante dextro superioris lateris in Cyclo Epactarum quæres Epactam currentẽ, videlicet anno 1638. Epacta 15. Litera enim, quæ ei in eodem spatio respon derit, vti q, erit litera Martyrologij dati anni. numerus enim dierum Mensis, super quem hæc litera q, inuenta fuerit, per totum annum indicabit ætatem Lunæ, ideſt, dies à Nouilunio elapsos.

PRO-

PROPOSITIO XII.

Nouilunia, Plenilunia, Quadraturas Solis, & Lunæ per totum annū, singulis mensibus reperire.

IN rota maiori interiori dies Coniunctionis, Oppositionis, Quadraturarum Solis, & Lunæ, iuxta 30. Epactales numeros descripsimus. quòd si itaque anno 1638. scire desideres, quo die singulis mensibus totius anni Nouilunia occurrant, quæres in exteriori, & vltimo limbo dictæ rotæ, seu orbis interioris Epactam currentis anni, quam per Propos. 1. superiùs inuenimus 15. hanc applices ad crenā dentatā mensiū, ita, vt dentes mensiū tangant signum coniunctionis, & subitò videbis vnicuique denti diem mensis, quo videlicet Nouilunia contingent, correspondentem: ita videbis annò 1638. Epacta currente 15. Nouilunium incidere in 16. diem Ian. 15. Febr. 16. Mart. 24. Aprilis, & sic de cæteris. quòd si denuò scire desideres, quo die mensis per totum annum prima quarta Lunæ contingat, applicabis apicibus, seu dentibus mensium signum [-] aut ◐ in eodem Epactæ 15. spatio contentum; & videbis subitò dies mensium, quā prima quarta Lunæ contingat, non secus Plenilunia, & vltimas quartas Lunæ inuenies. Nota in latere crenæ serratæ mensibus Romanorum, menses Græcorum, Hebræorum, Arabum, Aegyptiorum correspondentes esse, vt, quo die his peregrinis mensibus Nouilunia contingant, inuestigare quoque possis; præsertim, cùm hoc multùm ad Chronologiam, tem-

poiumque doctrinam benè intelligendam, conferant.

PROPOSITIO XIII.

Dato die Nouilunij per præcedentem ætatem Lunæ, quouis tempore reperire.

QVare quadrantem dextrum ſuperioris lateris, cuius titulus eſt [Inuentio literæ Martyrologij, & ætatis Lunæ] huius, inquam, quadrantis mobilis indicem applica diei menſis, quo Nouilunium contingit: hoc facto vide quis numerus in quadrante mobili reſpondeat diei, quo ætatem deſideras; ille enim erit ætas Lunæ: v. g. contingit Nouilunium aliquod 11. Iulij ego verò 31. eiuſdem volo ſcire ætatem Lunæ, ideſt, dies ab vltimo Nouilunio elapſos: applica regulam, ſeu quadrantem mobilem ſuper duodecimum diem in limbo quadrantis interioris deſcriptum, & inuenies 31. diem reſpondere in quadrante mobili 19. numero dierum ab vltimo nouilunio elapſorum.

PROPOSITIO XIV.

Quot horis Luna ſupra Horizontem luceat, quouis dato tempore, cognoſcere.

IN quadrante ſiniſtro ſuperioris partis lateris Cubici, cuius eſt [Inuentio temporis,, quo Luna ſupra Horizontem lucet] per præcedentem Propoſitionem quæras ætatem Lunæ in arcubus, in quibus adſcriptum eſt

ætas

ætas Lunæ, & ſubitò in media arca reperies horas in partibus integris, aut minutis, quibus Luna ſupra Horizontem lucet. atque hæc ſunt ferè præcipua puncta, quæ nos primum latus Speculæ Melitææ docet, quæ ſi benè intelligantur, quiuis, quantumuis etiam imperitus ſine vllo ferè negotio diaria abſolutiſſima ad quotuis annos datos conſtruere poterit. quicunque igitur Eccleſiaſtico computo delectantur, in hac ſeſe parte exercere poterunt. quidquid enim alij Calendariographi vaſtis voluminibus comprehenderunt, hic nonniſi pauculis horis totum, & perfecta methodo in perennes Cyclos digeſtum, comprehenditur.

V S V S
SPECVLI COSMOGRAPHICI, ſiue ſecundi Lateris Speculæ.

SEcundum Speculæ latus, cuius titulus eſt [SPECVLVM COSMOGRAPHICVM] quatuor conſtat ſyſtematis, Horoſcopio videlicet vniuerſali, & Planiſphærio duplici ſtellarum fixarum, & primi mobilis, denique ſyſtemate fluxus, & refluxus marium.

PRO-

PROPOSITIO XV.

Data hora Melitæ currente; quota hora ſit in vniuerſo mundo, cognoſcere.

NOta in rota maiori interiori omnes horas iuxta 24. meridianos diſpoſitas proportionaliter horas quidem antemeridianas viridi colore, poſtmeridianas verò rubro colore deſcriptas eſſe, quæ horæ reſpondent ſemper regionibus, & prouincijs ad latus dentatæ crenæ deſcriptis; quòd ſi itaque ſcire velis, v. g, Hora 8. antemeridiana Melitæ currẽte, quæ hora ſit alibi terrarum in regionibus forinſecùs in ſerrata crena deſcriptis admoue horam 8. antemeridianam viridi colore ſcriptam, denti, ſiue apici, cui inſcriptum eſt [Collegium Melitenſe; & ſubitò videbis in Thracia, Moſcouia, Conſtantinopoli eſſe horam nonam, in India intra Gangem, Meliapore videlicet, eſſe horam primam poſt meridiem; in Noua verò Hiſpania, in Collegio Mexicano, 12. noctis eſſe; & ſic de reliquis procedes.

PROPOSITIO XVI.

Quid vbiuis terrarum in Societate Ieſu ſecundùm diſtributionem temporis ei conſuetam peragatur, cognoſcere.

CVm Societas Ieſu ijſdem ferè vbique horis, & ea-

dem

dem temporis distributione vtatur per vniuersum mũ dum, voluit hanc totam Author apponere in gratiam Patrum dictæ Societatis, vt monstraret functiones huhuius Ordinis noctu, diuque ita continuari, vt nunquã interrumpantur, Solemque ei nunquam occidere; si data hora Melitæ fluente scire cupias, in quo Collegio eadem hora eant cubitum, quære horam 9. pomeridianã in Interiori rota: hæc enim est hora decubitus, & vide, cui Collegio, aut Prouinciæ forinsecùs illa respondeat; inuenies, v. g. Tolm Regnum Americæ, in cuius vrbis Regia Residentia Patres cubitum eunt, cùm apud nos Melitæ est hora antemeridiana. Iterum, si scire velis, vbi eadem hora surgant, quæres in Rota interiori horam 4. Horam surgendi Societati consuetam, & inuenies, Collegium Sancti Spiritus in Brasilia: in eo enim surgunt Patres, cùm hic Melitæ est 8. non secus de alijs functionibus Societatis facies, vt de Scholarum, Missarum, Prandij, Cœnæ temporibus, & horis, quæ res plena est iucunditatis, videbis enim in hac rota ita continuari semper, vt nunquàm interrumpantur.

PROPOSITIO XVII.

Data quauis eleuatione Poli situm sphæræ eius inuenire.

IN Planisphærio sinistro, limbus graduum interioris circuli Meridianum refert. Rota verò volubilis Sphæram mundanam in planum proiectam, filum verò sericum maius, horizontem immobilem; minus verò, lineam

neam crepusculinam refert. Quod si itaque indicem polarem applices super 35. gradum Meridiani videlicet super datam eleuationem Poli Melitensis, videbis, quæ sit Sphæræ Melitensis ratione Horizontis constitutio.

PROPOSITIO XVIII.

Quantitatem dierum, & noctium, siue arcus Semidiurnos, & Seminocturnos quauis eleuatione Poli data reperire.

CVm hoc instrumentum vniuersale sit, vniuersalem quoque vsum id habere necesse est sic igitur data eleuatio Poli 35. grad. qualis hic est Melitæ, quantitatem dierum, & noctium per totius anni decursum ita inuestigabis. Posito indice palari super gradum eleuationis poli, videlicet 35. subitò parallelorum semidiurnorum omnium ab Horizonte (quem filum representare diximus) festorum quantitas comparebit. si enim computas à meridiano horas vsque ad horizontem in parallelo dato, habebis semidiurnũ arcum, quem si duples, habes totius diei quantitatem, in exemplo rem declaremus.

Volo inuestigare circum semidiurnum, Sole in principio Cancri constituto, posito itaque indice polari super gradum eleuationis poli, deinde computa ab hora duodecima, siue meridiano in dicto parallelo horas ei vicinas vsque ad sectionem horizontis, & inuenies 7. hora, & vnam quartam circiter horæ, hæc duplata dabunt

bunt 14. horas, & 30. min. datam quæsitam quantitatem diei, Sole principium Cancri obtinente. Quòd si ab intersectione horizontis versus meridiani subterraneum horas in dato parallelo Solis numeres, habebis complementum quantitatis dierum, videlicet arcum seminocturnum Melitæ, Sole principiũ cancri transeunte, v. g. 4. horarum, & 45. min. quæ duplata dabunt 9. horas, & 30. min. desideratam quantitatem noctis. Aliud exemplum, volo scire quantitatem diei, siue arcus diurni quantitatem, Sole primum gradum Tauri percurrente, quære ab indice æquinoctiali secundùm seriem signorum principium Tauri, quod vbi punctata linea, siue pũctatus parallelus mõstrat. hìc habito, firmatoque indice super gradum eleuationis poli, vide, quænam sint communes intersectiones horizontis horariarum linearum cum minutis, seu quartis; & hinc cõputa horas, & minuta vsque ad meridianum, & habebis arcum semidiurnum, videlicet 6. horas, & 30. minuta; quæ si duples, habebis 13. horas, quantitatem diei, Sole initium Tauri occupante; noctis verò quantitatem dabit, reliqua paralleli subterranea pars.

PROPOSITIO XIX.

Ortum, & Occasum Solis reperire, quouis dato tempore.

VIde, vbi paralleli Solis Horizontem tangant: hæc enim communis intersectio dabit Ortus, & Occasus in horis, & quartis horarum, siue minutis, ita vi-

debis hic Melitæ Solem Cancrum ſubeuntem, Occidere, vna quarta horæ poſt ſeptimam; oriri verò, vna quarta ante horam quintam.

PROPOSITIO XX.

Declinationem ſignorum reperire.

COmputa vtrinque ab indice æquinoctiali vſque ad parallelum, v. g. Tauri. hic enim in meridiano gradum Declinationis reſecabit, videlicet 11. & 30. min. non ſecus de cæterorum parallelorum inuenienda procedes.

PROPOSITIO XXI.

Quantitatem Crepuſculorum inuenire.

FIlum inferius refert lineam Crepuſculinam. ſi itaque quantitatem Crepuſculi, v.g. Sole Arietem, aut Libram tranſeunte, ſcire deſideres, vide, quot horas portio Aequinoctialis inter horizontem, & lineam Crepuſculinam contineat. hæc enim quantitatem Crepuſculi dato tempore Melitæ indicant, videlicet hora prima, & 38. min. non ſecus Sole alia Signa ſubeunte, Crepuſculorum durationem inuenies; omnes enim portiones parallelorum Solis inter Horizontem, & lineam crepuſculinam, quantitatem Crepuſculorum in horis, & quartis horarum demonſtrabunt.

PROPOSITIO XXII.

Data quauis hora, altitudinem Solis ſupra Horizontem inuenire.

IN primo gradu Geminorum, volo ſcire hora 8. ante Meridiem, vel 4. pomeridiana, quàm altus ſit Sol ſupra Horizontem. Pone filum quodpiam ad hunc finem aſſumptum, ſupra communem ſectionem dati paralleli & aſſignatas horas, illudque vſque ad meridianum extendas, ita, vt horizonti, quem filum refert, ſemper ſit parallelum: hoc facto reſecabit id tibi in meridiano gradus altitudinis Solis quæſitos.

PROPOSITIO XXIII.

Altitudinem Solis Meridianam inuenire.

VIde, quid datus parallelus Solis in meridiano reſecet. hi enim gradus aſſignabunt altitudinem Solis meridianam.

PROPOSITIO XXIV.

Horam diurnam ex radijs Solis dignoſcere.

POne aciculam ſuper datum, inuentumque per hoc inſtrumentum altitudinis Solis gradum: quo facto cures, vt acicula vmbram parallelam horizonti pro-

ijciat, finiſque eius terminetur in parallelo, quem eo ipſo tempore Sol deſcribit, & ſubitò finis vmbræ oſtendet lineam horæ tunc fluentis.

PROPOSITIO XXV.

Data hora Aſtronomica, quæ ei Italica, aut Babylonica reſpondeat, inuenire.

CVm horarum Italicarum initium ab Occaſu Solis ſumatur facilè, quæ Aſtronomica illi reſpondeat, inuenies hac ratione. Numera à communi horizontis, & paralleli dati interſectione, in dato parallelo horas, & minuta, ſeu quartas horarum, ita, vt quatuor primi quadrantes horæ ſub horizonte in parallelo numerati, ad primam horam pertineant Italicam, & ita procedes o dine vſque ad horam Aſtronomicam datam. hora enim Italica, quæ huic reſponderit, erit quæſita hora: non ſecus de horis Babylonicis, quæ ab ortu Solis numerantur, inueniendis procedes.

PROPOSITIO XXVI.

Conſtitutionem Sphæræ ſuppolaris inuenire.

COnſtitue indicem Solarem ſuper 90. gradum, & habebis quæſitum. apparebunt enim ſubitò omnes paralleli Solis Horizonti æqu diſtantes, diemque ſex menſium eſſe, totidemque noctem.

PRO-

PROPOSITIO XXVII.

Sphæræ rectæ Constitutionem cognoscere.

APplica indicem Polarem supra horizontem, & habebis quæsitum; videbis enim subitò parallelos omnes Solis in æquales portiones ab horizonte intersecari, & cosequenter dies noctibus in hac Sphæra perpetuò æquales.

PROPOSITIO XXVIII.

Stellarum fixarum declinationes inuenire.

IN dextro Planisphærio stellarum fixarum indicem, seu regulam, applica super datam stellam, & ea resecabit tibi in regula quæsitos declinationis gradus.

PROPOSITIO XXIX.

Longitudinem stellarum fixarum inuenire.

APplica regulam super datam stellam, & vide, quem gradum in circuli limbo abscindat. illa enim erit longitudo à prima stella Arietis computata, quam quærebas.

PROPOSITIO XXX.

In quo Circulo horario quæuis ſtella, quouis tempore, reperiatur, inuenire.

APplica gradum Solis in Zodiaco, ſeu limbo Orbis volubilis, deſcriptum ſuper horam, qua dato tempore Sol oritur, & abſcindet tibi regula omnes ſtellas fixas, eodem tempore, illi horario Circulo correſpondentes.

PROPOSITIO XXXI.

Fluxum, & Refluxum Maris per vniuerſum Mundum determinare.

NOta hoc Syſtema Fluxus, & Refluxus, ſiue æſtus marium, quatuor circulis conſtare. Primus continet celebriora ora maritima per vniuerſum mundum. Secundum cōtinet gradus incrementi, & decrementi aquæ per omnia loca in priori Rota deſcripta, vnà cum incremento, & decremento Lunæ. Cùm enim certiſſimis, & irrefragabilibus rationibus longa experientia innotuerit, hunc reciprocum maris æſtum adeò conſtanti lege motus ſuos continuitatē ab alia cauſa, quàm à Lunæ motu originem habere non poſſe, ideò totum hoc inſtrumentum ad eius motum ita accomodatum eſt, vt ex eo incrementa decrementaque huius æſtus vbiuis locorum cum magna iucūditate ſpectari poſſint.

Tertia

Tertia Rota refert oualem figuram aquarum in eiuſmodi figuram vi Lunari rarefactrice, & condenſatrice coactarum. Quarta Rota, Aridam repreſentat mari circumfluam. Si itaque ſcire iubeat, quot gradibus alibi locorum aquæ creuerint aut decreuerint, dum Luna hic Melitæ horizontem aſcendit, applicato primum dente, ſeu radio, cui aſcriptum eſt [M A L T A] horæ in extimo limbo deſcriptæ, videlicet horæ 4. pomeridianæ; hoc facto, ſtatim in circuitu, quota hora ſit in omnibus iſtis locis, in quibus incrementum, aut decrementum maris viget, apparebit. Iterum, applicabis ſecundum circulum, ſeu orbem ſuper hanc horam datam, ſtatuendo horam primam iſtius Rotæ ſuper quartam, & indicem Lunæ ex ouali figura prodeuntem ſuper has eaſdem horas; ita, vt prima hora aſcendentis Lunæ; quarta hora data, & index memoratus ſuper eandem lineam quieſcant. hoc facto, oualis figura maris tumoribus ſuis eadem hora maximum incrementum monſtrabit in Megellanico mari hora decima diei, & Bengalico hora decima noctis eſſe. In terra verò Auſtrali, & mari Baltico, ibi hora quarta matutina, hic veſpertina, mare penitùs detumuiſſe, & littora ſine aquis reliquiſſe. Videbis etiam inter Melitæ Meridianum, & Magellanicum, omnia loca, ſeu maria interiecta, aquas paulatim ad Lunæ ortum proportionaliter decreſcere : in quadrante verò Occidentali, iuxta puncta ijs adnotata continuò creſcere. quòd, ſi Luna hora duodecima ſiue in meridie oriatur; poſitis Rotis, & indice ſuper datam horam, & apices ſubitò oſtendent, vbi locorũ, quot punctis, mare creuerit, aut decreuerit : atq; hęc de vſu Secundi Lateris ſufficiant.

VSVS
SPECVLI PHYSICO-ASTROLOGICI, siue Tertij Lateris Speculæ Melitensis.

COntinet hoc Latus, siue Speculum PHYSICO-ASTROLOGICVM Octo Systemata, quibus, quicquid ad Astronomiam, Astrologiam, & Physiono-miam pertinet, fusè declaratur, vt sequitur.

PROPOSITIO XXXII.

Declinationem Solis reperire.

QVære in Rota maiori interiori principali, titulū Declinationis Solis, & hunc statue super crenā dentatam & habebis quæsitum. Exemplum. Cupiat quispiam scire, quanto primo die Maij Sol ab æquatore declinet, applica columnam primam tituli Declinationis Solis super dentes mensium. hoc facto, vide, quis gradus primo diei Maij respondeat, & inuenies, v. g. 15. grad. 15. min. Declinationem Solis dato tempore. Quòd, si eandem Declinationem scire desideres die decimo mensis Maij, applicato gradum 10. mensium ad dentatam crenam, & dens Maij dabit quæsitum, & sic de cæteris mensium diebus.

PRO-

PROPOSITIO XXXIII.

Quantitatem diei dicto citius reperire.

SIt primus dies Augusti, quo quantitatem dierum scire vis, quære in interioris Rotæ limbo titulum quantitatis dierum, & huius primam columnam supra crenam dentatam statue, & dens Augusti dabit quæsitum, videlicet 13. hor. & 50. min. non secus facies, si 10. die eiusdem, & 20. eandem scire desideres.

PROPOSITIO XXXIV.

Quantitatem noctis reperire.

QVære titulum quantitatis noctis in limbo maioris Rotæ, & primam eius columnam, quæ initio mensis, videlicet primo Augusti, respondet, supra dentes applica; & dens Augusti dabit quæsitum.

PROPOSITIO XXXV.

Ortum Solis inuenire.

QVære titulum in interiori limbo maioris Rotæ, & statue columnam primam eius spatij supra dentes; & dens dati mensis quæsitum dabit in gradibus, & minutis.

PROPOSITIO XXXVI.

Occasum Solis reperire quouis tempore.

APplica primam columnã tituli [Occasus Solis] super dentes, & dati mensis apex ostendet horas, & minutas Occasus Solis, vt 1. Aug. hor. 6. min. 55.

PROPOSITIO XXXVII.

Quantitatem, siue durationem Crepusculorum inuenire.

APplica titulum [Quantitas Crepusculi] cum gradu dato, super dentatas fauces, & dens dati mensis dabit quæsitum, v. g, 10. Aug. hor. 1. min. 30.

PROPOSITIO XXXVIII.

Ascensiones obliquas quouis dato tempore inuenire.

SOle principium Virginis subeunte, scire quispiam desiderat, quæ sit Ascensio obliqua. statue primam columnam tituli [Ascensiones obliquas] super crenam dentatam Signorum, & apex Virginis dabit quæsitum, videlicet 106. grad. 42. min. Iterum scire volo Ascensionem obliquam, Sole 10. gradum Tauri tenente; & dens Tauri dabit 6. grad. 18. min. quæsitam Ascensionem.

PRO-

PROPOSITIO XXXIX.

Altitudines Solis supra Horizontem in initijs Signorum per singulas horas reperire.

IN interioris Rotæ limbo titulum Altitudinis Solis reperies, & in eodem spatio horas omnes diurnas descriptas ordine videbis. Teneat itaq; quempiā desideriū sciendi altitudinem Solis supra horizontem, Sole primū gradum Cancri tenēte, hora 10. antemeridiana, vel 2. pomeridiana, applica datarum horarum 10. & 2. columnam super fissuram dentatam, & apex Cancri monstrabit in columna 61. grad. 33. min. quæsitam datis horis, signoque altitudinem Solis.

PROPOSITIO XL.

Proportionem vmbræ ad stylum quemuis in 12. partes diuisum inuenire.

ADmoue columnam vmbrarum rectarum in eodem altitudinum Solis spatio contentam, supra apices Signorum, & dens Cancri sex partes ostendet, & 39. min. vmbram videlicet in partibus, quales stylus habet duodecim quæsitam.

PROPOSITIO XLI.

Data altitudine Solis super Horizontem, horam diurnam cognoscere.

PEr quadrantem quempiam obserua altitudinem Solis, & hanc inuentam quære in columna altitudinum Solis. hora enim, quæ huic responderit, erit hora diurna quæsita.

PROPOSITIO XLII.

Altitudines rerum, data vmbra, reperire.

SVpponimus stylum quemlibet in 12. æquas partes diuisum; Metire spatium, quod est inter te, & rei altitudinem mensurandam, nota aliqua mensura; & inuenisti, v. g. 30. pedes, quo facto dic, vmbra data dat 12 spatium in nota mensura datũ, videlicet 30. pedes quid dabit. Duc secundũ in tertiũ, & productũ diuide per primum,& qotiens dabit altitudinem,& quæsitum.

PROPOSITIO XLIII.

Ortus stellarum fixarum quouis tempore per singulas horas cognoscere.

QVuære in Rotæ interioris limbo titulum [Ortus stellarum fixarum] & horarum datarum columnam

nam crenæ dentatæ applices, & apex dati ſigni dabit quæſitum.

PROPOSITIO XLIV.

Occaſum ſtellarum fixarum inuenire.

STatue Columnam datarum horarum tituli [Occaſus ſtellarum fixarum] ſupra crenam memoratam, & apex dati ſigni oſtendet ſtellas, data hora, occidẽtes.

PROPOSITIO XLV.

Culminationes ſtellarum fixarum inuenire quouis tempore.

STatue datarum horarum Columnam ſuper crenam eo modo, quo in præcedentibus operatus es, & apex ſigni dati, oſtendet quæſitum.

PROPOSITIO XLVI.

Gradum Solis reperire quouis tempore.

ADiunge ad datum diem menſis numerum menſibus in latere crenæ deſcriptis occurrentem, & ſumma dabit gradum Solis in ſigno dicto Menſi reſpondentem.

PRO.

PROPOSITIO XLVII.

Quo die mensis Sol duodecim Signa ingrediatur.

Vide numeros in apicibus mensium descriptos. illi enim ostendent diem mensis istius, quo Sol Signum quodpiam ei contrapositum ingrediatur.

PROPOSITIO XLVIII.

Gradum, in quo Sol sit, quouis tempore reperire.

STatue indicem Solis in Rota, cuius titulus est [Inuentio aspectuum Solis, & Lunæ cum Capite, & Cauda Draconis.] super diem mensis; & gradus in Zodiaco abscissus, erit gradus Solis quæsitus.

PROPOSITIO XLIX.

Aspectus Solis, & Lunæ reperire.

PEr Propositionem 12. inuenta ætate Lunæ, statue indicem Solis supra gradum suum in Zodiaco; & alterum super ætatem Lunæ, in secundi Circuli, seu Orbis limbo descriptum; & signum Aspectuum subitò in lineis suis aspectum, vel sextilem, aut Quadratum, Trigonum, aut denique Coniunctionem, vel Oppositionem dabit.

PRO-

PROPOSITIO L.

In quo signo, & gradu Zodiaci Luna sit, reperire.

POsito indice supra ætatem Lunæ, & indicem Solis super gradum suum in Zodiaco, & index Lunæ subitò in Zodiaco gradum signi, quem tunc Luna subit, monstrabit.

PROPOSITIO LI.

Cuius figuræ Luna sit, quouis tempore reperire.

STatue indicem Lunæ super ætatē Lunæ, manente indice Solis super suum gradum, & figuram Lunarem dabit Orbis excauatus in sectione albi, & nigri.

PROPOSITIO LII.

Vtrum Eclipsis futura sit Plenilunio, & Nouilunio dato, cognoscere.

QVære per Propositionem 95. locum Capitis, & Caudæ Draconis, indicemque eiusdem, statuas super gradum, in quo inuenitur: deinde vtrumque indicem statue super gradum quoque signi, in quo Luminaria tempore Nouilunij, aut Plenilunij reperiuntur: &, si index Capitis, aut Caudæ Draconis con-

concurrerit cum vtroque indice, Eclipsis necessariò eueniet; si non concurrerit, neque Eclipsis ea coniunctione, aut oppositione continget.

PROPOSITIO LIII.

Latitudinem Lunæ quouis tempore reperire.

POne indicem Capitis, & Caudæ Draconis super suum signum, & gradum in Zodiaco, & Lunam super suum quoque gradum per Propositionem 50. inuentum, statuas; Filum enim ex centro Orbis super verum Lunæ locum applicatum in circulo ouali graduato intersecabit gradus, & minuta Latitudinis Lunæ.

PROPOSITIO LIV.

Verum argumentum Latitudinis Lunæ reperire.

SItuato Instrumento in eo situ, in quo id in præcedente Propositione reliquimus, manente, computa à puncto Capitis, & Caudæ Draconis, vsque ad gradum, quem filum à limbo Circuli, seu Orbis Capitis, vel Caudæ Draconis intersecat, ille enim gradus erit verum argumentum Lunæ.

PROPOSITIO LV.

Quam quodlibet signum qualitatem habeat, cognoscere.

APplica trigonum mobilem in Rota, cuius titulus est [Inuentio 12. domorum cœlestium compa-ratorum ad 12 signa Zodiaci] super datum signum in limbo rotæ exterioris descriptum, & subitò qualitates dati signi, prout denominationibus in trigoni ordine descriptis correspondent, apparebunt.

PROPOSITIO LVI.

Cui parti hominis, & cui regioni, cui morbo prosit quodlibet signum.

APplica trigonum mobilem ad datum signum, & latera trigoni ostendent desideratum; videbis enim Arietem, v. g. Capiti morbisque eius dominari. E regionibus præterea ei Græciam, & Italiam subesse, vimque suam in res igneæ naturæ exertre. non secus de alijs signorum proprietatibus inueniendis procedes.

PROPOSITIO LVII.

Triplicitates Signorum inuenire.

CVm omnia Zodiaci signa Terreæ, Aqueæ Aereæ,

aut

aut Igneæ naturæ ſint, deſideretq; , quiſpiam, quænam v.g. tria Igneæ naturæ ſigna ſint, cognoſcere; applicabis angulum quemuis ex tribus Trigoni mobilis angulis ſupra Arietem primum Igneæ naturæ ſignum, & reliqui Trigoni mobilis anguli extemplò reliqua ſigna ignea cum proprietatibus ſuis demonſtrabunt. non ſecus operabere, ſi ſcire deſideres, quæ ſigna Terreæ, Aereæ, aut Aqueæ naturæ ſint,

PROPOSITIO LVIII.

Cuſpides duodecim Domorum cæleſtium quouis tempore inuenire.

IN interiori Orbis ſuperioris parte maximo compendio Author tabulã Directionnm ad 12. domorum cœleſtium Cuſpides facilitate maxima inueniendas deſcripſit, quod, ſi itaque ſcire deſideres, quo in gradu Zodiaci quodlibet 12. domorum cœleſtium, quouis dato tempore, conſiſtat. Primò quæres gradum Solis pro tempore dato. Secundò, horam, qua figuram aliquam conſtruere cupis. Quo facto, cùm ſigni gradu inuento Rotam ingredere, & è regione ſigni inuenti, horam quoque inuenies, à qua ſi denuò horas à meridie elapſas, primò ſeruatas computes, occurrent ſubitò in illa columna gradus Zodiaci, domibus ſex ſuperioribus in latere crenæ correſpondentes, quos gradus, ſi oppoſitis domibus aſcribas, habebis gradus 12. domorum cuſpidumque quæſitos.

PRO-

PROPOSITIO LIX.

Quibus Planetis, & Signis Zodiaci, quæ membra hominis subijciantur, cognoscere.

ACcipe characterem Planetæ in inferiori parte lateris crenæ, & ad characterem signi applica ipsam crenam, & in angulo communi reperietur membrum id, in quod datus Planeta cum dicto signo iuxta Astrologorum regulas, agere censetur.

PROPOSITIO LX.

Qualitates & proprietates duodecim Domuum cœlestium cognoscere.

APplica inferiorẽ lateris partem in trigono mobili, domui, cuius qualitatem scire desideras, & subitò in angulo communi reperis qualitatem domus, denominationem, & significationem eiusdem, partem hominis correspondentem, dominum domus, & similia, quæ ab Astrologis obseruantur.

PROPOSITIO LXI.

Dominium Planetarum quouis tempore reperire.

QVære in rota, cuius titulus est [Dominium Planetarum] horam inæqualem in limbo datam, siue

ſiue ea nocturna fuerit, ſiue diurna, & fiſſuram rotæ applices ſuper eam, & Planeta, qui reſponderit feriæ, qua dominium Planetæ quæris, erit Planeta dominans.

PROPOSITIO LXII.

Quæ res naturales ſingulis Planetis reſpondeant, inuenire.

SI, v.g. ſcire deſideres, quæ in hoc mundo res Lunaris naturæ ſint, ſiue dominio Lunæ ſubſtent, applica regulam mobilem ſupra ſpatium Lunaris characteris, & inuenies ſubitò in ſtellis fixis, in lapidibus, plantis, arboribus, animalibus, auibus, piſcibus, &c. Res conſimilis naturæ, cum Planeta, quem quæris. Similiter, ſi deſideres ſcire, quæ res ſint Solares, quæ Saturninæ, quæ Iouiales, quæ Martiales, &c. Statue regulam ſuper dictos Planetas in limbo extrinrinſeco voluuli deſcriptos, & habebis quæſitum.

PROPOSITIO LXIII.

Mutuam Planetarum Amicitiam reperire.

QVære in regula mobili titulum [Amicitia Planetarum] applices regulam ſuper Planetam cuius Amicos deſideras, & angulus communis dabit quæſitum.

PROPOSITIO LXIV.

Domus Planetarum inuenire.

QVære in regula mobili titulum [D O M V S] & applicata regula ſupra Planetam, cuius domum deſideras, & angulus cōmunis dabit quæſitum.

PROPOSITIO LXV.

Exaltationem, & caſum Planetarum reperire.

QVære in regula mobili titulum [EXALTATIO, ET CASVS] & applica regulam ſuper Planetam, cuius Caſum, & Exaltationem ſcire deſideras, & habes quæſitum.

PROPOSITIO LXVI.

Phyſiognomiam rerum naturaliū cognoſcere.

VIde ſub quo Planeta datæ res ponātur, eius enim Planetæ naturam, & proprietatem affectabunt. Saturninæ itaque res loca opaca, frigida, ſicca amabunt. lenta, tarda & plumbei coloris erunt. non ſecus de alis Planetis ſubiectis rebus iudicabis, quemadmodum te Rota hæc Phyſiognomica fusè docet.

PRO-

PROPOSITIO LXVII.

Sympathiam, & Antipathiam rerum explorare.

SI res Saturninas rebus Venereis, aut Venereas Iouialibus, aut ſimiles heterogeneæ qualitatis res Hydroſtatica arte Authori conſueta iuxta ea, quæ te Rota docebit, aſſocies, videbis illa ſimul ſeſe ferre non poſſe; hæc verò amico congreſſu coire, non alia de cauſa, niſi ob qualitatem diſſimilium, conſimilumque contrarias leges. Hinc quoque colliges, cur quædam animalia alia diligant, alia verò ita oderint, vt concordare nunquam poſſint. Quæ concordia, diſcordiaque in plantis, & lapidibus quoque videre eſt; docet proinde hæc rota totius Magiæ naturalis rationem & methodum abſolutiſſimam.

PROPOSITIO LXVIII.

Quo tempore opportuno arbores, aut herbæ plantandæ, cognoſcere.

VIde quis Planeta ea hora, qua ſeminare, & plantare deſideras, regnet, & inueniſti, v. g. data hora, regnare Saturnum, arbores itaque Saturninas, quales ſunt Salices, Platani, Quercus, &c. ea hora ſi plantaueris, opus ſucceſſum optatum fauente Numine, ſortietur.

PRO-

PROPOSITIO LXIX.

Cui morbo medendum, data qualibet hora Planetaria.

VIde quis morbus ſingulis Planetis reſpondeat, & Inuenies v.g. hypochondriacum morbum Saturninum eſſe, huic igitur medendũ ſcias rebus ad oppoſitũ Planetam ſpectantibus, vt Iouialibus, & hic de cæteris.

PROPOSITIO LXX.

Quis ex Coniunctionibus Planetarum effectus in Aere futurus, Autumno, & Hyeme cognoſcere.

APplica in quadrante inferiori dextro, cuius titu-eſt [Prognoſticum temporis pro Autumno, & Hyeme] ſiquidem dictis anni partibus memoratæ coniunctionis effectum ſcire velis, ſuper Planetam in ſuperrori limbo deſcriptum, & angulus communis dabit Autumno, vel Hyeme tempus dicto aſpectui Planetarum congruens. Non ſecus de alijs procedes.

PROPOSITIO LXXI.

Quas ex Coniunctionibus Planetarum in aere, Vere, & Eſtate contingant, cognoſcere.

APplica regulæ partem illam, cuius titulus eſt [Ap-

plicanda

plicanda inferiori parte pro Vere, & Aestate] super datum Planetam in inferiori limbo, & area, quæ responderit Planetæ in Regula descripto, dabit effectus ex aspectu vtriusque Planetæ causatos.

PROPOSITIO LXXII.

Alia ratione præcedentem praxin expedire.

VIde naturam planetarum ex Propositione 62. & obserua, quem aspectum ad inuicem habeant, sit itaque Mars, Saturnus, & Sol in signis igneis; seu trigono igneo occurrerint, calores intensiissimos, & siccitates vbique locorum ingentes causabunt, quæ autem sint ignea signa, aerea, aut aquea, disces, vel ex ijs, quæ supra tradita sunt, vel ex radiosa figura huius quadrantis prognostici, non secus operaberis de alijs qualitatibus, & aspectibus signorum.

PROPOSITIO LXXIII.

Dato Planetarum aspectu electiones rerum facere.

CVpiat quispiam scire, quando bonum sit plantare seminare, ligna cædere, & similia. Transeat autem Luna eodem tempore signum Arietis, applica regulam mobilem inferioris sinistri quadrantis, cuius titulus est [Prognosticum rerum ad Oeconomiam spectantium] super signum, quod data hora Luna transit,

&

& titulus Plantationis, Seminationis, &c. mox exhibebit in angulo communi tempus certo aspectu Planetarum auspicandum.

PROPOSITIO LXXIV.

Tempus venandi, aucupandi, piscandi, opportunum reperire.

QVære in regula mobili titulum [Venationis, Piscationis, & aucupij] & promoue eum ad signũ, quod tunc temporis Luna pertransit, & in angulo communi aspectus Lunæ cum tempore opportuno, vel importuno mox patebit.

PROPOSITIO LXXV.

Horam Italicam ad Astronomicã accõmodare.

VIde in rota sinistra superiori, cuius titulus est [Rota Horaria] horam Astronomicam, qua Sol die occidit, & 24. horam Italicam applices super eam, & horæ Italicæ per totum circulum respondebunt horis Astronomicis.

PROPOSITIO LXXVI.

Horã Babylonicã ad Astronomicã accõmodare.

APplica horam Astronomicam, qua Sol oritur, da-

to

to tempore, ſuper ſecundam horam Babylonicam, & reliquæ horæ Babylonicæ conſequenter, pro dato tempore reſpondebunt horis Aſtronomicis.

PROPOSITIO LXXVII.

Horam Iudaicam, ſiue inæqualem, ad Aſtronomicam accommodare.

DIſpoſitæ ſunt hæ horæ inæquales in triplici circulo; quorũ duo tropicos, alter æquinoctialẽ reſcribat. Si itaq; horam Iudaicam Aſtronomicæ acõmodare velis, vide, ſi tempus datum ſit vicinum tropicis, aut æquinoctiali, &c. eo habito, duc ex centro rotæ filum vſque ad horam Aſtronomicam, & filum in Tropicis, vel æquinoctiali reſecabit horam inæqualem, ſeu Iudaicam, aut Planetariam, Aſtronomicæ reſpondentem.

PROPOSITIO LXXVIII.

Situm Zenith in quauis Regione cum eleuatione æquatoris, reperire.

STatue voluulum dextræ rotæ cum indice ſuo ſuper dati loci eleuationem Poli, & ſubitò linea Zenith oſtendet cum eleuatione æquinoctiali, latitudinem puncti Zenith, ab ipſo æquatore per totum terrarum orbem.

VSVS

VSVS IATRO-MATHEMATICAE,

siue Quarti Lateris Speculæ Melitensis.

CONstat hæc pars 6. Systematibus, maior rota omnem rem Medicam. Reliquæ verò ea, quæ ad medicamentorum gradus qualitatem, aut crisin, vel phlebotomiam pertinent, continent.

PROPOSITIO LXXIX.

Medicinas simplices totius humani corporis infirmitatibus medendis aptas, inuenire.

APplica interioris rotæ maioris titulum [Medicamenta simplicia ex herbis] ad crenam dentatam membrorum hominis, & infirmitatum eius, & angulus communis dabit quæsitas medicinas simplices singulis membris adhibendas.

PROPOSITIO LXXX.

Cōposita medicamēta è varijs speciebus inuenire.

APplica titulum [Composita Medicamenta] cre-

næ dentatæ, & angulus communis dabit quæsitum.

PROPOSITIO LXXXI.

Medicamenta Chimica, siue è Mineralibus, dictis membris applicata reperire.

QVære sub titulo [Medicamenta è Mineralibus] & dente membrum affectum denotante. hic enim, quæ adhibenda sint, extemplò monstrabit

PROPOSITIO LXXXII.

Medicamenta ex Animalibus inuenire.

QVære sub titulo [Medicamenta ex animalibus comparanda] apicem membri, aut infirmitates hic enim ostendent medicamenta desiderata.

PROPOSITIO LXXXIII.

Medicamenta omnis generis reperire.

SI Medicamenta, v.g. Laxatiua, Lenitiua, Constipatiua, Attractiua, Narcotica, Confortatiua, Aperitiua, Diuretica, Soporatiua, Calefactiua, Frigefactiua, Caustica, Antidota, & similibus qualitatibus imbuta, desideres. Quæres titulum datæ qualitatis in limbo Rotæ, & ille supra crenam dentatam applicatus, mox omnia simplicia data qualitate imbuta ostendet.

PRO-

PROPOSITIO LXXXIV.

Gradus simplicium medicamentorum inuenire.

VIs scire, quæ simplicia in primo, secundo, tertio, & quarto gradu sint calida, applica quadruplicis Indicis brachia, cuius titulus est [CALIDA] rotæ dextræ quadrantis, cuius titulus est [Simplicia calida] omnia enim in hoc quadrante simplicia, quæ responderint quarto gradui in regula, in quarto gradu calida sunt. Reliqua verè brachia denotant, quæ simplicia sicca, frigida, humida sint, in primo, secundo, tertio, & quarto gradu.

PROPOSITIO LXXXV.

Qua methodo contraria contrarijs curentur, inuenire.

LAboret quispiam morbo aliquo humido valde, scire volo, quæ species ei medendo adhiberi debeant, pone brachium humidorum super quadrante simplicium humidorum, & oppositum brachium huic in suo quadrante assignabit omnia medicamenta, contrario pellendo congrua.

næ dentatæ, & angulus communis dabit quæſitum.

PROPOSITIO LXXXI.

Medicamenta Chimica, ſiue è Mineralibus, dictis membris applicata reperire.

QVære ſub titulo [Medicamenta è Mineralibus] & dente membrum affectum denotante. hic enim, quæ adhibenda ſint, extemplò monſtrabit.

PROPOSITIO LXXXII.

Medicamenta ex Animalibus inuenire.

QVære ſub titulo [Medicamenta ex animalibus comparanda] apicem membri, aut infirmitates hic enim oſtendent medicamenta deſiderata.

PROPOSITIO LXXXIII.

Medicamenta omnis generis reperire.

SI Medicamenta, v.g. Laxatiua, Lenitiua, Conſtipatiua, Attractiua, Narcotica, Confortatiua, Aperitiua, Diuretica, Soporatiua, Calefactiua, Frigefactiua, Cauſtica, Antidota, & ſimilibus qualitatibus imbuta, deſideres. Quæres titulum datæ qualitatis in limbo Rotæ, & ille ſupra crenam dentatam applicatus, mox omnia ſimplicia data qualitate imbuta oſtendet.

PRO-

PROPOSITIO LXXXIV.

Gradus ſimplicium medicamentorum inuenire.

VIs ſcire, quæ ſimplicia in primo, ſecundo, tertio, & quarto gradu ſint calida, applica quadrupli cis Indicis brachia, cuius titulus eſt [CALIDA] rotæ dextræ quadrantis, cuius titulus eſt [Simplicia calida] omnia enim in hoc quadrante ſimplicia, quæ responderint quarto gradui in regula, in quarto gradu calida, ſunt. Reliqua verè brachia denotant, quæ ſimplicia, ſicca, frigida, humida ſint, in primo, ſecundo, tertio, & quarto gradu.

PROPOSITIO LXXXV.

Qua methodo contraria contrarijs curentur, inuenire.

LAboret quiſpiam morbo aliquo humido valde, ſcire volo, quæ ſpecies ei medendo adhiberi debeant, pone brachium humidorum ſuper quadrante ſimplicium humidorum, & oppoſitum brachium huic in ſuo quadrante aſſignabit omnia medicamenta, contrario pellendo congrua.

PRO·

PROPOSITIO LXXXVI.

Compositæ è varijs ſpeciebus Medicinæ gradus qualitatis prædominantis inuenire.

COnficiatur medicamentum è diuerſis ſpeciebus, diuerſis qualitatum gradibus effectis. Quære puncta graduum vniuſcuiuſque ſimplicis in brachio ſuo, videlicet puncta caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatis; & ſi medicamentum habuerint plura puncta caloris, erit id in calore prædominans; ſi plura puncta ſiccitatis, in ſiccitate; ſi plura humiditatis, in humiditate,&c. quæ res magni momenti eſt in medicina, & paucis hæc graduum ſcientia nota eſt.

PROPOSITIO LXXXVII.

Criſes morborum inuenire.

CVm tota Criſeon ratio à Lunæ motu deſumatur, ſi ſtatum ægri ſcire deſideres vide, quo in gradu, ſignoque Luna fuerit, quando æger morbo inuaſus fuit. ſuper hunc ſigni gradum, applices mobilem aſpectuum figuram in puncto coniunctionis, & numeri Criſeon in limbo figuræ aſpectuum ſcripti, ſignum, & gradum Lunæ oſtendent, ſub quo Criſin de ſtatu ægri formes.

PRO-

PROPOSITIO LXXXVIII.

Quomodo ex Coniunctione Saturni, & Martis de morbis iudicandum sit.

CVm omnes penè morbi à Saturno, & Marte regantur, in Crise eorum aspectus, domusque valdè attendenda sunt. Si itaque Lunam Saturno coniunctam, & in quadrato cum Marte in signo Leonis repereris, quemcunque tunc phthisis inuaserit, is ægrè euadet; si verò Saturnus cum Ioue coniunctus fuerit, & cum Venere, euadet quidem æger, sed lenta tabe consumetur tandem. Pari ratione, si Luna Saturno opposita in signo Caneri, aut Piscium inuaserit hydropisi laborantem, vix ob nimiam humoris intemperiem, & discrasian euadet. Non secus de alijs morbis ex hac criticorum Rota dijudicandis procedes.

PROPOSITIO LXXXIX.

Medicamenta per occultas vires agentia reperire.

CVm mirabiliter sæpè homines ex similitudine, & analogia rerum ad affecta membra curari, videamus, Rotam quoque Author hic apposuit, ex quo dicto citius cognoscere possis, quænam huiusmodi medicinæ sint, adeò prodigiosos effectus in infirmis causantes. Comprehendit autem omnia duobus limbis, quorum primus medicamenta continet ex animalibus similitudi-

litudinem quandam cum affectis membris habentibus; alter ſimplicia in herbis, & lapidibus eadem ſimilitudine affectis. Si itaque ſcire deſideres, cui membro laboranti, quæ medicamenta congruant. Linea à morbo hominis dato prodiens, cui nomen morbi inſcriptum eſt, in limbo duplici deſiderata medicamenta monſtrabit.

PROPOSITIO XC.

Chracteriſmos naturalium rerum, uti, herbarum, plantarum, lapidum inuenire.

QVære in inferiori limbo circuli medicamēta ſimplicia, & membrum, quod linea ſimplicibus reſpondens, monſtrat, erit membrum, cui ſimplicia figura, ſeu forma ſimilia applicanda erunt. Similitudine enim ſua, ſeu forma, & figura monſtrant, quod membrum in corpore humano affectent. Eſt enim ſingulis rebus naturalibus ab Authore naturæ ſapientiſſimo character quidam impreſſus, quo veluti ſcriptura quædam naturas, & proprietates ſuas ſagacibus ingenijs legendas exhibent. Ita pulmonaria figura, qua pulmonem refert clarè, ſe ad pulmonis infirmitates ſanandas à Deo Opt. Max. productum oſtendit. Non ſecus de alijs; quæ Rota docet, rebus admodum arcanis, & reconditis ſtatues.

PRO-

PROPOSITIO XCI.

Sub quo Signo venas aperire oporteat.

VIde in figura ſiniſtra inferiori, lineas membrorũ, quod ſignum tangant in limbo, huius enim lineæ inſcriptio, vtrum eo tempore dato phlebotomia admittenda ſit, vtrum non, ſubitò docebit. Vetatur autem omnis ſanguinis detractio, Luna exiſtente in Signo membrum illud reſpiciente, vti benè figura docet.

PROPOSITIO XCII.

Tempus Electionum medicinalium reperire opportunum.

REſpice figuram dextram in inferiori parte Lateris, hæc enim, quo ſigno, & quo aſpectu Planetarum, pillulæ ſumendæ, ſanguis minuendus, balnea frequentanda, ſimiliaque extemplò docet. Multa alia de vſu huius Lateris, omnem penè medendi rationem comprænendente dicenda forent. Verùm, quia forſan alibi de ijs dabitur dicendi materia, ne Propoſitiones plus æquo creſcerent, omittenda omiſimus.

VSVS
QVARTI LATERIS SPECVLAE Melitensis.

COntinet Quintum Latus Cubi, videlicet superius, omnium Planetarum medios motus in perpetuos Cyclos dispertitos.

PROPOSITIO XCIII.

Loca Augium Planetarum inuenire.

QVære in extemo limbo Circuli characterem Planetæ, numerus enim gradus, cui ille ascriptus fuerit, erit aux Planetæ quæsitus.

PROPOSITIO XCIV.

Locum Saturni medium in Zodiaco quouis tempore reperire.

QVære in Alhidada titulum [Motus Saturni] eũque super Epocham, siue annum currentem, mẽsemque applica, & in Zodiaci limbo Alhidada gradum Saturni mox assignabit.

PRO-

PROPOSITIO XCV.

Capitis, & Caudæ Draconis motum, siue locum eius in Zodiaco reperire.

QVære in Alhidada titulum [Motus Capitis, & Caudæ Draconis] eamque super currentis anni radicem, mensemque applices, & illa in limbo Zodiaci signum, gradumque, in quo moratur, ostendet.

PROPOSITIO XCVI.

Locum Iouis in Zodiaco reperire.

TItulum Iouis in Alhidada super radicem anni, mensemque applices, & regula in limbo Zodiaci ostendet gradum Iouis in Zodiaco quæsitum.

PROPOSITIO XCVII.

Locum Martis in Zodiaco reperire.

APplica titulum Martis snper annum curtentem, & mensem eius, & regulą à Zodiaco tibi ostendet quæsitum.

PROPOSITIO XCVIII.

Loca Solis, Veneris, Mercurij in Zodiaco reperire.

TItulus Solis, Veneris, Mercurij super diem mensis dati statuatur, & diei mensis correspondens gradus in Zodiaco dabit desideratum.

PROPOSITIO XCIX.

Locum Lunæ reperire in Zodiaco.

APplica mensem in Regula descriptum super Epactam currentem in limbo Lunaris motus occurrentem, & angulus communis inter mensem, & Epactam dabit Nouilunium, quo habito per Proposit. 13. absque difficultate gradum Lunæ reperies.

PROPOSITIO C.

Aspectus Planetarum reperire.

HAbitis, extractisque singulis Planetarum locis in Zodiaco, eorum aspectus per Rotam Propositione 12. declaratam, nullo negotio deprehendes, praxi itaque ibi tradita operabere.

PROPOSITIO CI.

Inuentis aſpectibus Planetarum, Aeris ſtatum dijudicare.

OPerare iuxta ea, quæ in Propoſitione 73, docuimus, & habebis quæſitum.

PROPOSITIO CII.

Electiones rerum Medicinalium dijudicare.

OPerare iuxta ea, quæ Propoſitione 74. tradita ſunt, & habebis intentum.

PROPOSITIO CIII.

Criſes morborum peragere.

OPerare iuxta ſuperius Propoſitione 87. tradita, & habebis, quod quærebas.

ROPOSITO CIV.

Tempus Eclipſeon inuenire.

QVuære primò, in quo gradu Zodiaci Caput, vel Cauda Draconis reperiatur; deinde vide, quo in gradu Sol, & Luna fuit dato Nouilunij, aut Plenilunij

lunij tempore. Quod ſi itaque Nouilunij tempore Sol, Luna, & Caput, ſeu Cauda Draconis in eodem penitus gradu deprçhendantur, certò ſcias Eclipſin Solis alicubi futuram. Si verò tempore Plenilunij Sol,& Caput,ſeu Cauda Draconis in eodem præcisè gradu Luna oppoſitum diametraliter in Zodiaco locum occupante conuenerint, certò Eclipſin Lunarem futuram concluſeris. Hac ratione dato quolibet Nouilunio, aut Pleniluuio, vtrum Eclipſis futura ſit, vtrum non, perpetuo inueſtigare poteris.

VSVS PEDIS,

SEV SVSTENTACVLI

Speculæ Melitenſis.

IN Pede huius Inſtrumenti in Orbe ampliſſimo Horizontem referente 32. Ventorum Rhombi vnà cū nominibus omnium Portuum maris Mediterranei deſcripti ſunt, & ſupra hunc Orbem Cubus Speculæ quatuor Rotulis innitens, nauim, eiuſque proram, & puppim referens, pro vtentis, tractantiſque arbitrio hinc inde circumgirari poteſt. In medio Rhomborum nomina Ventorum latino græcè, Italicè, & germanicè repræſentata ſpectantur, vnà cum prognoſticis tempeſta-

tum,

ſum, alijſque ad nauticam ſpectantibus, de quibus modò dicemus.

PROPOSITIO CV.

Instrumentum iuxta quatuor mundi plagas ſituare.

POſita ſuper lineam Meridionalem, quam Rhombus Septentrionalis refert pyxide Magnetica, gyra hinc inde vtrunque, donec acicula Meridianæ reſpondeat, & Inſtrumentum habebis ſituatum.

PROPOSITIO CVI.

Lineam Portuum inuenire.

QVære in limbo Horizontis nomen Portus, & Rhombus, qui huic reſponderit, erit Rhombus venti, in nauigatione, vt deſideratum Portum teneas obſeruandus.

PROPOSITIO CVII.

Altitudinem Solis alicuius loci Maritimi reperire.

ACcipe cum quadrante altitudinem Solis Meridianam, & ſubduc ab inuenta altitudine declinationem Solis (ſiquidem in ſigno Boreali is fuerit dato tempore).

tempore) per Propoſitionem 32. inuenta, habebiſque altitudinem æquinoctialis, quæ ſubducta à 90. grad. dabit quæſitam altitudinem Poli. Si verò Sol in ſignis Auſtralibus dato tempore fuerit, addes altitudinem Solis Meridianam inuentam ad declinationem, ſimiliter per Propoſitionem 32. dato tempore repertam, & habebis altitudinem æquatoris, quæ ſubducta à 90. gr. eleuationem Poli dabit quæſitam.

PROPOSITIO CVIII.

Quot Leucis quiſpiã à Portu diſceſſerit inuenire.

QVære in Portu vnde diſcedis per præcedentem Propoſitionem altitudinem Poli, & nauigando interim ſuper vno, eodemque Rhombo vſque ad certum ſpatium, quo ſcire velis, quantum à Portu diſtes. Quære differentiam graduum inſtar primam, & ſecundam obſeruationem eleuationis Poli, & hunc gradum differentialem quære è latere Rhombi, quem nauigas, & ex altera correſpondente Rhombi parte, ſubitò occurrent Leucæ, quas ex Portu vſque ad locum, in quo moraris, confeciſti.

PROPOSITIO CIX.

Quot Leucæ ſint inter te, & locum, quo tendis, cognoſcere.

SI vtriuſque Portus, ex quo, & ad quem altitudinem Poli

Poli notam habueris, ſubtrahes gradum altitudinis Poli in medio itinere inuentum, obſeruatumq; à gradu eleuationis Poli, Portusq; ad quem tendis, & gradus differentialis in Rhombo, quem nauigas, è latere inuentus, dabit ex altero Rhombi latere correſpondente Leucas reliquas ad Portum.

PROPOSITIO CX.

Ventos omnes Collaterales, eorumque nomina reperire.

PRomoue Cubi angulum ad vnum è principalibus mundi angulis, & ſubitò reliqui cubi anguli ventos oppoſitos cum eorum Collateralibus demonſtrabunt. Latus enim Cubi ſemper quadrantem ex orbita Ventorum reſecat, monſtrando ventos ad aliquam plagam pertinentes.

PROPOSITIO CXI.

Prognoſtica Ventorum, Tempeſtatumque reperire.

QVære in baſibus Rhomborum ſigna Pluuiæ, Nebulæ, Ventorum, Tempeſtatum, &c. Ea enim, quæ obſeruanda ſint, vt dicta prædicere poſſis, te docebunt.

PROPOSITIO CXII.

Si quispiam à Rhombo discesserit, qua ratione ad eundem redire possit.

PRomoue latus, Cubi super Rhombum, à quo discessisti, & super alterum Rhombum, in quo cõmoraris, ita vt latus vtrumque Rhombum intersecet. linea enim; quam latus Cubi monstrat, tenenda erit, vt ad relictum Rhombum reuertaris.

VSVS PYRAMIDIS SPECVLAE MELITENSIS.

SPeculæ in formam Pyramidis tectum superpositum videtur, quatuor constans lateribus, in quorum singulis natura, & qualitas quatuor mundi partium, quatuor præcipuis ventis correspondentium descripta sunt, cuius vsus est is, qui sequitur.

PROPSOITIO CXIII.

Naturam cuiuslibet plagæ mundi inuenire.

RAdix Pyramidis monstrabit naturam, & qualitatem vniuscuiusque plagæ, vnà cum analogia rerum consimilis naturæ.

PROPOSITIO CXIV.

Cui Signo, Mensi, Aetati, quælibet plaga mundi conueniat.

QVære Plagam mundi, & in gradibus Pyramidis reperies Signa, Mensem, & cætera Analoga huic plagæ congrua gradatim disposita. Ex quibus colliges plagam, v.g. Orientalem virili ætati, & colericæ naturæ hominibus prodesse. Vti & omnibus alijs rebus homogeneæ naturæ.

PROPOSITIO CXV.

Versus quam partem Domus sint ædificandæ, vt salubrem situm obtineant.

QVære in scala Pyramidis qualitatem Habitationis, & illa quæsitum dabit.

PROPOSITIO CXVI.

Quis cuiuis plagæ Planeta præsideat.

QVære in Scala Pyramidis nomen Planetæ. ille enim ostendet hora Dominij sui electiones Georgicas plaga conuenienti factas successum habituras.

PROPOSITIO CXVII.

Quibus ventis quælibet plaga conueniat.

STatue latus plagæ, v.g. Orientalis ſuper Rhombum principalem ortus, & latus in orbita ventorum omnes ventos Collaterales, & homogeneæ naturæ ſubitò deteget.

PROPOSITIO CXVIII.

Quando, & vbi ſeminandum ſit, vt abundanter proueniat, & in optima qualitate frumentum ex Pyramide cognoſcere.

OBſerua verſus quam partem ager, ſeu campus vergat; deinde quod ſignum, quis menſis dictæ plagæ in Pyramide reſpondeat; ſi itaque ſub dato Planeta, Signo, Menſe, electiones Plantationis, Seminationis, Sectionis lignorum, ſimiliumque peregeris, ne dubites opus effectum ſingularem habiturum.

PROPOSITIO CXIX.

In qua parte mundi, quæ arbores, herbæ, ſimiliaque plantanda, vt perfectionē ſuam conſequantur.

VIde primò in Scala Pyramidis, quas arbores, aut plan-

plantas dicta plaga postulet, hasque in alicuius montis latere datā plagam respiciente plantabis, & in loco naturæ eorum maximè consentaneo perfectionem maiorem consequentur, secus morbidas, & perniciosas qualitates inbibent, vtpotè in loco naturæ eorum difformi, & improportionato.

PROPOSITIO CXX.

Ex qua parte montis lapides, metalla, similiaque fodienda.

QVære primò in scala Pyramidis, quos lapides, & mineralia quælibet sibi plaga vendicet, & illa in plaga huiusmodi naturæ eorum conueniente quæres. Non secus de cæteris inueniendis plagarum mundi mysterijs operaberis.

PROPOSITIO CXXI.

Ventorum prognostica reperire.

VIde cui Rhombo in circulo ventorum signa in aëre, aqua, montibus, Luna, stellis apparentia, adscripta sunt. Hæc enim ventos, quos Rhombi referunt, & quibus memorata signa adscripta sunt, promittunt.

PRO-

PROPOSITIO CXXII.

Tempestates præcognoscere.

VIde in Ventorum circulo, cui Rhombo signa tempestatum excitatiua adscripta sint. Hæc enim vnà cum vento, quem Rhombus denotat, tempestates causabuntur.

PROPOSITIO CXXIII.

Totius anni statum præcognoscere.

VIde in rota planetarum, quis eo anno Planeta gubernet, applicataque Alhidada super eo, & mox in angulo cõmuni quæsitus anni status apparebit.

PROPOSITIO CXXIV.

Mensis cuiusque statum præcognoscere.

APplica Rotæ Planetariæ qualitates quartarum Lunarium in Pyramidis scala inuentas, cõparatisq; ijs cum aspectibus Planetarum ipso mense occurrentibus. hi enim in figura prognostici vniuersalis, ostendunt quæsitum.